



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

137 Quid in pluribus heredibus debitoris conuenti?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

fin. Quæ quidem sunt ita firmiter constituta, ut etiam si ex postfacto plures extiterint illius unius debitoris litigatis heredes (in quos alioquin actiones omnes hereditariæ tam actiuæ quàm passiuæ pro portionibus hereditariis ipso iure diuiduntur in rebus quidem per se diuiduis l. 1. C. si certum petat. L. 1. & 2. C. de heredit. act. hi tamen omnes heredes unicum duntaxat possint dare procuratorem; ne defensor per plures scissa incommodo aliquo afficiat actorem d. §. si tamen. l. iam tamen. ff. iudicat. sol. & d. l. si familiæ. ꝛ. famil. hercisc. quod secus esset si lite contra defunctum debitorem nondum inchoata primùm contra plures heredes ageretur seu lis inciperetur, ut qui singuli singulos dare poterint procuratores d. §. vnus litis l. si quis cum procuratorio. ꝛ. de Procurat. prout eum §. interpretatur Bart. ad d. l. iam tamen. §. si tamen. ꝛ. iudicat. sol. Pluribus tamen vnus creditoris eiusdemque Actoris lite pendente morientis heredibus non imponitur necessitas ut omnes per vnum litigent Procuratorem; quia nec omninò litigare tenentur: ergo si litem prosequi velint, procuratore quoque diuerso singuli pro sua parte poterunt uti pro suo met arbitrato. d. §. si tamen. vers. aliud est. Atqui, dices, actoribus non est permittendum quod Reis non licet. Respondendum est, id ita verum esse si Reorum vertatur præiudicium: sed in proposito Reis vel Reo utilius est pro partibus tantum conueniri quàm pro toto. quando quidem singuli creditoris heredes

f ij non

137  
Quid in pluribus hereditibus debitoris conueni?

138  
Quid in pluribus hereditibus creditoris agentis?

139  
Ratio vniuersæ diuersitatis, cur nimirum plures Acto-